

Rubrica Quarta.

Statuimus, quod nemo possit officium procuratorum exercere pro alio in litibus & causis judicialibus in civitate Ferrariae coram aliquo Iudice, & Officiali ordinario & extraordinario, Delegato, Arbitro, Arbitratore, ac quocumque alio Iudice quocumque nomine nuncupato, & quocumque & quaecumque Tribunal causarum habeat, nisi per prius sit examinatus in iis, quae pertinent ad exercitium & officium Procuratoris, & approbatus ac acceptatus per dictos Iudicem XII. Sapientum, Proconsules, & Priorem dicti Collegii & Procuratores, quos elegerit Iudex XII. Sapientum, & cum Juramento praedictorum: Quod eis videatur idoneus, & doctus, ac sufficiens; ac fiat approbatio per suffragia secreta, & non ad voces; & quisque possit libere & iuste votum suum ponere; & aliter facta nullo modo valeat approbatio: Ac etiam sit descriptus in dicto Collegio per Notarium Collegii Notariorum civitatis Ferrariae sub poena librarum decem marcharum, applicandarum dicto Collegio Procuratorum pro dimidia, & pro alia dimidia Massariae communis Ferrariae; & nihilominus Acta sint ipso iure nulla, & teneatur ad interesse Parti scilicet principali, pro quo intercesserit; Volentes, quod, taliter examinatus & approbatus, in primo anno sequenti non possit procurare in causis excedentibus summam librarum 50. marcharum; finito autem anno, possit in quacumque causa & summa procurare. Possit tamen quilibet Notarius Collegiatus in Collegio Notariorum Civitatis Ferrariae officium Procuratorum exercere absque eo, quod sit Collegiatus in Collegio Procuratorum, in causis a decem libris infra; & ipsis Notariis sic procurantibus in dictis causis solvatur pro eorum mercede arbitrio Prioris dicti Collegii Procuratorum, dummodo non excedat summam taxatam in Statutis nostris, & non ultra accipere possint etiam a sponte dantibus, sub poena dupli ejus, quod plus acceperint, applicanda parti, a qua sic plus debito acceperint, & sub poena librarum quinque marcharum dicto Collegio Procuratorum applicanda pro dimidia, & pro alia dimidia Massariae communis Ferrariae.

Rubrica Quinta.

Ne fraus fiat legi, statuimus, quod nullus, qui non sit in Matricula Procuratorum, possit comparere pro alio coram aliquo Iudice, vel iudicante Tribunalia judicialiter, etiam cum Principali suo, & dicere sub nomine ejus aliqua verba spectantia ad ordinem iudicii, & etiam dicere: *Ipse sic dicit*: in aliqua causa ordinaria ultra duas vices sub poena quinque librarum marcharum, applicanda pro dimidia Massariae communis Ferrariae, & pro alia dimidia Collegio Procuratorum; & praedicta non vindicent sibi locum in conjunctis personis, quae pro aliis conjunctis personis comparere possint.

Rubrica Octava.

Statuimus, quod nullus, exercens officium Tabellionatus ad acta civilia vel criminalia, possit audeat vel praesumat procurare, & officium procuratorum exercere quoquo modo in iudiciis ad aliquod Tribunal, seu coram quocumque Arbitro vel Arbitratore generaliter vel specialiter, sub poena librarum decem marcharum, Collegio Procuratorum applicanda, & nihilominus Acta ipso iure sint nulla, nisi a quantitate decem librarum marcharum infra, ut supra in quarto Statuto dispositum est.

Rubrica Nona.

Cum dignum sit, ut quisque sit contentus officio suo, statuimus, quod nullus, qui se exerceat pro Advocato, & sit in Collegio Advocatorum Civitatis Ferrariae, possit officium Procuratoris exercere sub poena praedicta; sic etiam e contrario nullus Procurator audeat vel praesumat exercere spectantia ad officium aut exercitium Advocati; possit tamen consilium factum exponere tempore allegationum, sub poena librarum decem marcharum, applicanda pro dimidia Massariae Communis Ferrariae, & alia dimidia Collegio Procuratorum vel Advocatorum, singula singulis referendo.

Nos audita super praemissis relatione dilecti filii nostri Alexandri Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Aldobrandini nuncupati, in Civitate & Ducatu Nostris Ferrariae, nostri & Sedis Apostolicae de Latere, Legati, ejusmodi preces Congregationi particulari nonnullorum dilectorum filiorum, Romanae Curiae Praetorum a Nobis specialiter deputatorum pro voto remisimus, qui visis iuribus favore praedicti Collegii deductis, ac re accurate examinata, votum suum desuper ediderunt in hunc modum, nimirum: Congregatio particularis a Sanctissimo Domino Nostro specialiter deputata in causa Ferrariae confirmationis Statutorum ad instantiam Almi Collegii Procuratorum Causidicorum dictae Civitatis, exquista pro Voto super infrascriptis novem Capitulis, nempe:

Primo: Supplicatur pro confirmatione in forma specifica Statutorum Ferrariae Rubrica 1. 4. 5. 8. & 9. lib. 11., ultra generalem aliorum Statutorum omnium, & Constitutionum localium, ad Collegium Causidicorum spectantium:

Secundo: Pro declaratione, quod nullus non descriptus in albo Procuratorum audeat vel praesumat publice aut occulte, directe vel indirecte in iudicio comparere, ibique acta & instantias quascumque judiciaarias assumere & explere, & Procuratoris munus exercere coram quocumque Tribunali vel Iudice ordinario vel delegato, sub poena nullitatis Actorum, ipso iure & de facto incurrendae a quolibet etiam de Populo allegabilis; immo, quod pro allegata haberi possit ac debeatur, ac aliis poenis declarandis & infligendis etiam corpora.

corpore afflicto per Eminentissimum Legatum pro tempore.

Tertio, Pro declaratione favore Collegii, quod sit nobile eximium & honorabile, & pro aggregato Collegio Procuratorum Urbis, quantum ad praerogativam honoris.

Quarto, Supplicatur pro declaratione, quod ultra qualitates & conditiones in litera Statuti expressas, admittendus ad Collegium iustus & honestis natalibus procreatus esse debeat, iustificandis vere & in effectu, & non praesumptive tantum, nec fide scilicet per quamcumque legitimationem; Et praeter haec, quod nullus possit admitti, nisi fuerit, & sit verus civis origine propria & paterna Civitate Ferrariae; quod aliqua infamia notati, sive juris sive facti, vel indigna actione, coinquinati, vel suspecti de praesenti vel de praeterito, seclusi remaneant; & omnino incapaces aggregationis; Sicuri excludantur ii, qui vel consanguineos vel affines in quocumque gradu habeant vel habuerint infamia taliter notatos; necnon & etiam, qui fuerint alicuius falsitatis, homicidii, vel alterius notabilis criminis rei vel processati.

Quinto, quoniam laurae doctorali insigniti ac decorati in albo Civitatis Ferrariae Archgymnasio, vel alia Universitate famosa, prius esse debeant aggregandi quoad imposterum; Quodque in concursu admittendorum, filii Procuratorum, nepotes, & consanguinei, statutas, & hic volitas conditiones habentes, praeserri ceteris omnino debeant.

Sexto, Quotiescumque, qui admissus & acceptatus fuit in Procuratorem, pataverit & admisit illa, quae secundum supradicta disposita sunt impedita acceptationis, intelligenda sint etiam pro dirimentibus acceptationem ipsam; itaut ipso iure & facto deleatur intelligatur ab Albo, etiam sine instantia partis, & nulla expectata sententia.

Septimo, Quod facultas congregandi Collegium devoluta intelligatur Priori pro tempore, ubi requisitus ille, ad quem de stilo spectat convocare, recusaret, vel esset negligens in convocando; sicuti in ordine exercitii seniori, data Prioris recusatione vel negligentia, & sic successive & gradatim pro illa vice & casu tantum &c. habito tamen super praemissis verbo cum Eminentissimo Legato.

Octavo, Supplicatur pro extensione Brevis cum clausula, *sublata*, firma remanente jurisdictione, quam per antea habebant Eminentissimus Legatus, & Prolegatus, casu Interregni, interpretandi & iudicandi Statutum in casibus dubiis, necnon ampliata eadem jurisdictione pro interpretatione Brevis in casibus similibus, quatenus &c.

Et nono denique, quod electus & acceptatus teneatur statim in manibus D. Iudicis Sapientum praestare juramentum sub praescripta forma sequenti:

Juro Ego N. N. per Sanctissimam Trinitatem & ad Sancti Dei Evangelia, me in iis, quae a sacris Canonibus, & sacrosancta Oecumenica Tridentina Synodo statuta & definita sunt, neque nunc in aliquo dissentire, neque

ullo unquam tempore dissentire: haereticis omnibus, & Sanctae Romanae Ecclesiae non communicantibus semper advertere: veram & germanam obedientiam Summo Romano Pontifici, ejusque & Apostolicae Sedis Legatis Prolegatisque perpetuo praestitum: lites, quas vere injustas fore existimaverim, nunquam suscepturum & suscepturum, quas tales cognoverim, patrocinium, deserturum: leges omnes, statuta, constitutiones, & decreta de nobis aut officio nostro disponentia, & praesertim, quae ab Eminentissimo & Reverendissimo Domino Cardinale Legato condita fuerint, semper inviolabiliter observaturum.

Congregata in Palatio Apostolico Quirinali, & mansionibus R. P. D. Passari ejusdem Sanctissimi Auditoris die 30. Augusti 1733., visis iuribus, deductis favore praedicti Collegii a Francisco Pallearino in Ferrariaensi Archgymnasio J. U. D., atque in eodem Causidicorum Collegio Professore, ejusdemque Collegii defensore, respondit, ut infra:

Quoad primum Capitulum, Statutum, quoad quinque Rubricas esse confirmari in forma specifica.

Quoad secundum Capitulum, Rubric. 4. satis provisum per Statutum.

Quoad tertium, non esse admittendum.

Quoad quartum, restringendam esse exclusionem ad spureos, & alios ex damnato coitu progenitos, & hoc per viam novae dispositionis, sine alia additione verborum.

Quoad requisitum Civilitatis non esse admittendam petitionem, & in reliquis restringendam esse petitionem ad illos, qui per Judicalem sententiam sint excommunicati, aut aliqua infamia notari, vel alicuius falsitatis, homicidii, aut alterius capitalis criminis rei.

Quoad quintum, restringendam esse petitionem ad laureatos in quacumque publica Universitate quoad admittendos imposterum.

Quoad sextum, non esse admittendam petitionem.

Quoad septimum, audiatur Iudex duodecim Sapientum.

Quoad octavum, esse admittendum.

Quoad nonum & ultimum, esse admittendam.

Ita est.

P. Aldrovandus Patriarcha Hierosolymitanus Sacrae Rotae Decanus, & unus ex Iudicibus deputatis in Congregatione, a Sanctissimo Domino Nostro deputata.

Carolus Albertus Archiepiscopus Philippensis, utriusque Signaturae Notarius, & unus ex Iudicibus, ut supra, deputatis.

Marcellus Archiepiscopus Nenzianzenus Sanctissimi Domini Nostri Auditor, unus ex Iudicibus, ut supra, deputatis &c.

N. Corius Sacrae Rotae Auditor alter ex Iudicibus deputatis.

S. Cincius alter ex deputatis, ut supra.
Jo. Baptista Recemei Cam. Apostolicae Clericus, & unus ex Iudicibus deputatis.

§. 2. Cum autem, sicut idem Antonius Nobis nuper exponi fecit, ipse supradicto Collegio opportune in præmissis a Nobis provideret, & ut infra, indulgeri summopere desideret; Nos ipsum Antonium specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab hominibus quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, quinque Rubricas præinsertas Statuti Civitatis Ferrariensis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac quoscumque juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, in reliquis vero omnibus & singulis votum quoque præinsertum dictæ Congregationis particularis cum in eo contentis auctoritate & tenore præfatis approbamus, ratumque habemus, ac servari volumus & mandamus.

Prædictæ Rubricæ confirmantur.

Clausula.

§. 3. Decernentes, easdem præsentibus litteras semper firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales, & alios quoslibet quacumque præminentia & potestate fungentes & functiones, sublata eis & eorum cuilibet aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate; salva tamen memorata jurisdictione, pro tempore existentis in Civitate & Ducatu Ferrariensi hujusmodi Sedis Apostolicæ de Latere Legati & Prolegatis, iudicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Civitatis & Collegii præfatorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis;

§. 5. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam, Majorem sub Annulo Piscatoris die 29. Martii 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXXXII.

Declaratur Breve Alexandri VII. circa Votum in Provinciis Ord. Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Commissarii Generalis Curie, ac Procuratoris Generalis eorumdem Fratrum Reformatorum Familie Cismontane.

Dat. die 12. Aprilis 1734. Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Cajetanus a Laurino Commissarius Curie Fratrum Minorum de Observantia, ac Petrus Paulus a Cirignola Procurator Generalis eorumdem Fratrum Reformatorum respective nuncupatorum pro familia Cismontana Ordinis Sancti Francisci, quod dudum fel. record. Alexander PP. VII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 4. Decembris 1662. expeditas litteras omnibus & singulis Commissariis Curie, ac Procuratoribus Generalibus Fratrum Minorum tam de Observantia, quam Reformatorum familie Cismontane, ac Ordinis hujusmodi, qui sua respective officia triennii continui spatio gesserint, indulget, ut depositis eidem officiis suffragium, sive votum perpetuum consultivum & decisivum in quibusvis Capitulis, & Congregationibus suæ cujusque Provinciae dicti Ordinis habere & ferre possent.

Breve Alexandri PP.

§. 2. Cumque subinde tunc in humanis agenti Antonio a Campobasso, Fratri expresse professo dicti Ordinis Minorum de Observantia, qui officio Procuratoris Generalis in Curia Romana functus fuerat, mota fuisset questio super fructione ejusmodi triennii completi spatio minime gessisset, habito pro parte ipsius Antonii recurso ad bon. mem. Alderandum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Cibo nuncupatum, dum viveret, prædicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectorem, pro opportuna declaratione obtinenda, negotioque per ipsum Alderandum Cardinalem Protectorem quondam Petro Marino, tunc temporis Ministro Generali dicti Ordinis remisso, ut pro munere suo desuper provideret, idem Petrus Minister Generalis consultis prius aliquot ex gravioribus Fratribus de Observantia, ac Reformatis præfati Ordinis, ac ponderatis eorum allegationibus, die 19. Aprilis 1687. de illorum consilio ac voto decretum edidit, quo declaravit & definit supradictum Antonium, & si per spatium continui triennii completi officium Procuratoris Generalis istiusmodi non objisset, sed per continuum triennium inceptum dumtaxat exercuisset, nihilominus vere & ad sensum præfatarum litterarum Alexandri Prædecessoris tempus in eis præscriptum explevisse, adeoque ei competere ac deberi votum perpetuum ad formam earundem litterarum, ac super ejusmodi controversia silentium im-

Quomodo observantia fuerit posterius tenoribus.

Confirmatur, & declaratur.

Obstantium derogatio.

posuit, & alias, prout in decreto præfato, cujus perinde, ac dictarum Alexandri Prædecessoris litterarum tenores, præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, nonnulli postmodum Commissarii, ac Procuratores Generales respective dicti Ordinis, qui triennium præfatum non absolverant, ignari decreti hujusmodi, aut ad majorem & abundantiorum cauthelam, gratias identidem a Sede Apostolica impetrarint cum clausula, perinde ac si integrum triennium complevisset, seu munere istiusmodi per integrum triennium functi fuissent, ipsi Exponentes quacumque dubitationis & contentionis, quæ exinde aut alias quomodolibet super intelligentia & interpretatione dictarum Alexandri Prædecessoris litterarum enalci possent, occasionem submoveri plurimum desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut opportune in præmissis providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, enarratas Alexandri Prædecessoris litteras, quibus prædictis Commissariis Curie, & Procuratoribus Generalibus familie Cismontane, qui sua respective officia triennii continui spatio gesserint, suffragium sive votum perpetuum attribuitur, sicut præmittitur, juxta decretum a memorato Petro Ministro Generali editum, de triennio incepto, dummodo tamen ipsum triennium inceptum sit continuum, & non interpolatum per notabile temporis spatium, intelligendas esse & fore, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & declaramus; Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis præfati, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam,

Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Aprilis 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXXXIII.

Confirmatur concordia super assignatione duorum Magistrorum Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini Provinciae Bethicæ ex quadraginta supranumerariis.

Dat. die 10. Maji 1734. Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Didacus Salinas Assistentis Generalis Hispaniarum, ac Procurator totius Provinciae Bethicæ Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, in Sacra Theologia Magister, quod inter dilectum pariter filium Nicolaum Antonium Schiaffinati Priorem Generalem ejusdem Ordinis, ac dictam Provinciam Bethicam emanavit concordia, qua ex quadraginta Magistris supranumerariis, idem Nicolaus Antonius Prior Generalis, obligando pro se suisque respective successoribus, præfata Provinciae Bethicæ duo tantum Magisteria pro suis Vocalibus, nempe Definitore ac Discreto ad Capitulum Generale venientibus, assignare debeat, & quod ipsamet Provincia duo Magisteria hujusmodi ex dictis quadraginta acceptare se obliget cum pacto, quod aliud vel alia pro dicta Provincia non assignentur, & alias, prout plenius continetur in scriptura desuper confecta tenoris, qui sequitur videlicet:

In Nomine Domini. Amen.

Præfati publico concordia Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & notum sit, quod anno abeiusdem Domini Nostri Jesu Christi salutifera nativitate millesimo septingentesimo trigesimo tertio, Indictione undecima, die vero nona mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in eodem Christo Patris, & Domini Nostri, Domini Clementis divina providentia Papæ XII. Anno ejus Quarto.

Tenor Concordiæ, quæ Provinciae Bethicæ supranumerariis Definitoris felicitet & Discreti assignatur.

Cum fuerit, & sit (prout mihi Notario ab infra scriptis partibus affirmatur) quod alias & sub die 6. mensis Maji anni 1726. obtentum fuerit a fel. record. Sanctissimo Domino Nostro PP. Benedicto XIII. quoddam Breve, cujus virtute quilibet Reverendissimus Pater Generalis Ordinis Eremitarum S. Patris Augustini poterat creare in Provinciis ultra Italiam quadraginta Magistros supranumerarios, qua de re Provincia Bethicæ ejusdem Ordinis, volens impedire inconvenientia & detrimenta, quæ ex nimia Magistrorum multiplicatione in dicta Provincia fuerat experta, obtinuit ab eodem fel. record. Sanctissimo D. N. Benedicto XIII. aliud Breve, quod

Ggg 2 inci-

incipit = *Exponi Nobis* = sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Januarii 1777. per quod numerus duodecim Magistrorum, quem pluribus annis habuerat, auctus fuerit ad triginta, cum prohibitione supernumerarum imposterum: Sitque pariter, quod cum per hanc prohibitionem videretur derogari facultati prædictæ Patrum Generalium præcæpti Brevis, quoad memoratam Provinciam Bethicam: Reverendissimus Pater Generalis postea obtinuerit declarationem sub die 11. mensis Septembris dicti anni 1777. ab ipsomet fel. record. Sanctissimo Domino Nostro Benedicto, in qua ipse Sanctissimus declaraverit, quod per illud Breve, Provincie Bethicæ prægens numerum triginta Magistrorum, non derogaretur illi facultati, Reverendissimis Patribus Generalibus primo concessæ pro constituendis quadraginta Magistris supra numerum extra Italiam = Sit ulterius, quod ex prædictis omnibus ortum fuerit, quod ex una parte Reverendissimi Patres Generales optent servare suam facultatem creandi quadraginta Magistros supernumerales in Provinciis Ultramontanis, & illa uti in illis ac per consequens, & in ipsa Provincia Bethicæ, & ex alia parte dicta Provincia Bethicæ optet non gravari pluribus Magistris ultra dictum numerum, ne ulterius pateretur eadem incommoda & detrimenta, quæ primum fuit perpessa, proptereaque ad ea vitanda obtinuerit augmentationem numeri duodecim Magistrorum ad numerum triginta a dicta fel. record. Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIII. per præcæptum Breve, ut semper gauderet imposterum prohibitione Magistrorum supernumerarum ob varia incommoda, ipsi Sanctissimo exposita: Unde si nunc prædictum numerum triginta Magistrorum alios supernumerales sine limitatione acciperet, non solum ad præterita rediret incommoda, sed in deteriori conditione, ac antea erat, remaneret.

Verum cum nunc dicta Provincia Bethicæ desideret duo tantum Magisteria supernumerum trigessimum pro suis Vocalibus, nempe Diffinitore & Discreto Capituli Generalis, ut possit reperire viros idoneos & graduatos, qui velint arripere iter ita longum difficile, & gravissimis expensis (ex majori parte a dictis Vocalibus faciendis) oneratum, ut est a Provincia Bethicæ usque ad Italiam, qui certe non erunt, si priventur spe præmii Magisterii, hac de causa & ad tollendas alias dissensiones, difficultates, & inconvenientia, decreverit devenire cum Reverendissimo Patre Generali ad infra referendam compositionem & concordiam, videlicet:

I. Quod dictus Reverendissimus Pater Generalis ex quadraginta præcæpti Magistris se obliget pro se & successoribus, ac ipsa Religione assignare, duo Magisteria dictæ Provincie Bethicæ pro suis Vocalibus, nempe Diffinitore & Discreto ad Capitulum Generale venientibus, cum pacto non assignandi alia Magisteria pro dicta Provincia Bethicæ.

II. Quod ipsa Provincia Bethicæ se obliget acceptare prædicta duo Magisteria ex dictis quadraginta præcæpti, cum prædicto pacto, quod non assignentur aliud vel alia pro ipsa, a quovis Reverendissimo Patre Generali, ne eadem patiatur incommoda & detrimenta; Et volentes super præmissis publicum conficere Instrumentum: hinc est, quod In mei Notarii publici, & testium infra scriptorum præsentis & personaliter existentes, Reverendissimus Pater Magister Regens Fr. Nicolaus Antonius Schiaffinati Neapolitanus Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini ex una, & Admodum Rev. P. Lector Fr. Franciscus Candiotti, uti Procurator dictæ Provincie Bethicæ, prout ex Instrumento publico mandati procuræ in ejus personam facti, & ab idiomate hispanico in italicum, traducti, quod hic inseritur tenoris &c. prout in eo ex altera partibus ambo mihi &c. cogniti, asserentes, & medio juramento tactis pectoribus more sacerdotali affirmantes, omnia & singula, superius expressa & narrata, vera fuisse & esse, eaque pro talibus, & tamquam talia modo ratificantes & approbantes, in eorum igitur executionem eorum sponte &c. nominibus, quibus supra, respective, per viam amicabilem transactionis, compositionis, & concordie, ac aliis omni meliori modo &c. renunciarunt imprimis & ante omnia cuicumque privilegio, prælationi, aliisque juribus & rationibus quibuscumque, eisdem quomodolibet competentibus circa præmissa, quibus omnibus nullo unquam tempore contra præsentis Instrumentum uti velle ad invicem promiserunt & declararunt, in iudicio, nec extra, libere &c. ita quod &c. alias &c. Et prosequendo dispositivam stabilitæ concordie per viam ejusdem, prædictus Reverendissimus Pater Generalis promisit, seque solemniter obligavit pro se & ejus successoribus, assignare ex dictis quadraginta Magistris duo Magisteria pro Diffinitore & Discreto, a dicta Provincia Bethicæ missis ad Capitulum Generale, quin pro dicta Provincia possit aliud, vel alia ex dictis quadraginta Magistris assignare; alia ad omnia & singula damna &c. de quibus &c. quia sic &c. = Et e contra prædictus admodum Rev. Pater Lector Franciscus Candiotti, uti dictæ Provincie Procurator per eandem viam amicabilem transactionis, compositionis, & concordie, ac omni &c. acceptat prædicta duo Magisteria ex quadraginta supra relatis, cum pacto tamen, & conditione prædicta, quod non assignentur pro dicta Provincia alia Magisteria, quam relata duo, quia sic per pactum &c. ita quod &c. alias non deventum, esset ad præsentem concordiam, quam ambæ partes prædictæ nominibus, quibus supra, respective, promiserunt esse bonam, validam, & legitimam, beneque valide & legitime gestam & factam, pro tali semper & perpetuo attendere ac inviolabiliter observare, habere ratam, gratam, validam, atque firmam tamquam talem sibi ipsis, nominibus prædictis facere licuisse & licere, contraque non facere, dicere, opponere, vel venire quovis sub prætextu, causa, ingenio, vel quæsito colore, aliis ad omnia & singula damna &c. de quibus &c. renun-

renunciantes ulterius beneficium legis de his cum ii ff. & eod., ac toto titulo de transactionibus, omnibusque & singulis aliis legibus &c. ad eorum, & transigentium favorem quomodolibet facientibus, in forma &c. non solum &c. sed & omni &c. Hisque semper salvis conventum per pactum expressum inter dictas partes extitit, quod si aliquando prædicta Provincia Bethicæ ex motivo alicujus inevitabilis impedimenti, ut pestis, vel alterius similis, omnino intercludentis iter ab ipsa ad locum, ubi celebrabitur Capitulum Generale, nequirit suos mittere Vocales, tunc a Reverendissimo Patre Generali (ne amittat suum jus in isto casu) provideantur prædicta duo Magisteria, sicuti alia triginta ejusdem Provincie Bethicæ, per propositionem factam a Diffinitorio ipsius Provincie Bethicæ, in qua proponet Diffinitorium tres Lectores jubilat, & omnibus requisitis ad Magisterium ornatos ex quibus propositis Reverendissimus Pater Generalis eliget, quem sibi placuerit, & ipsum creabit Magistrum, atque memoratam Provinciam Bethicam servabit etiam ordinem partialitatum, qui in ea ad omnia officia, munera, & magisteria servatur, ita quod si illo sexennio, in quo Vocales dictæ Provincie ob prædictum aliquid inevitabile inconveniens ad Capitulum Generale nequirit accedere, electio Diffinitoris & Dicreti debeat fieri in Religiosis partialitatis Provincie, & tunc tres Lectores Jubilati pro quolibet ex duobus Magisteriis a Provincia proponendi, debeant esse ejusdem Partialitatis Provincie. Si vero electio talium Diffinitoris & Dicreti debeat fieri in Religiosis Partialitatum Hispali, & Extrematuræ, tunc tres Lectores Jubilati proponendi a Provincia debeant esse earundem Partialitatum Hispali, & Extrematuræ: quia sic per pactum expressum &c. alias &c. de quibus &c. quæ omnia &c. alia &c. ad omnia damna &c. de quibus &c. quod &c. pro quibus &c. dicti Reverendissimus Pater Generalis se ipsum &c. & ejus successoribus &c., & dictum Ordinem Eremitarum Sancti Augustini, & admodum Rev. Pater Lector Candiotti uti Procurator præfatus dictam Provinciam Bethicam, bona &c. jura &c. in ampliori Reverendæ Camere Apostolicæ, & alia quavis forma solitis cum clausulis &c. citra &c. obligantes, renunciantes &c. constituentes &c. unica &c. & ita tactis pectoribus more sacerdotali jurarunt &c. super quibus omnibus & singulis præmissis petitus fuit a me Notario publico infra scripto, ut unum vel plura, publicum seu publica, Instrumentum & Instrumenta conficerem, atque traderem, prout opus fuerit, & requisitus ero = Actum Romæ in Mansionibus dicti Reverendissimi Patris Generalis, sitis intus Venerabilem Conventum S. Patris Augustini juxta &c., ibidem præsentibus, audientibus & bene intelligentibus DD. Marco Chito fil. quondam Antonii Bergomen., & Michael. Cignali fil. quondam Camilli Romano, testibus ad prædicta omnia & singula vocatis, habitis specialiter, atque rogatis.

Fr. Nicolaus Antonius Schiaffinati Generalis.

Fr. Franciscus Candiotti Procurator Provincie Bethicæ.

Pro Domino Antonio Bonifacio Senepa Causarum Curie Capitolii publico Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Notario, de præmissis rogato,

Ego Franciscus Andreas Diamilla Connotarius præfens Instrumentum subcripti & publicavi, rogatus &c.

Loco * Signi.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, dictus Didacus Assistentis Generalis, præmissa, quod firmius subsistant, & serventur ex auctore, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti summopere, desiderat; Nos ipsum Didacum Assistentem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, de Venerabilium Fratrum, nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositorum, qui rem undique mature discussissent, consilio, concordiam inter Partes prædictas initam, ut præfertur, confectamque, desuper scripturam, præsertim, cum omnibus & singulis in ea contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defesos, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

§. 3. Decernentes, easdem præsentis literæ semper firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; si que in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, Ordinis & Provincie prædictorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dum-

Diæ Concordia con-

Præsentium a literarum figuris.

Obstantium derogatio.

dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Maji 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Cardinalis Olivarius.

CXXXIV.

Dat. die 12. Maji 1734. Pont. An. IV.

Declaratur Breve Innocentii XII. super facultate conferendi Lauream Magistralem Fratribus professis Tertii Ordinis Sancti Francisci in Capitulis Generalibus vel Provincialibus tantum.

CLEMENS PAPA XII

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Dum se. re. Innocentius Papa XII. praedecessor Noster, supplicationibus tunc existentis Procuratoris Generalis Tertii Ordinis Sancti Francisci nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, circa facultatem Ministro Generali pro tempore pariter existenti dicti Ordinis conferendi Doctoratus seu Magisterii lauream Fratribus in eodem Ordine professis nonnulla concessit, prout continetur in ipsius Innocentii praedecessoris Litteris, desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet:

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Locatus a Bergamo, Procurator Generalis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci, quod cum ex praescripto Constitutionum dicti Ordinis, praesertim illarum, quae a felicis recor. Innocentio Papa X. praedecessore Nostro per quasdam suas in simili forma Brevis die 6. Novembris 1648. emanatas litteras in forma specifica confirmata fuerunt, illi, qui ex Ordine hujusmodi Doctoratus seu Magisterii lauream suscipiunt, debeant prius Philosophiam per triennium legere, & deinde, onere sacrae Theologiae per quadriennium legendi indispensabiliter suscepto, litteras patentes a Ministro Generali pro tempore existente Ordinis praefati obtinere, quarum sub inde vigore in aliqua publica Studii generalis Universitate se praesentantes, Lauream hujusmodi decorantur, non pauci circa praemissa abusus irrepererunt; Multi siquidem adepti Lauream hujusmodi quadriennalem ejusdem

Innocent. XII. Littera, quibus Ministro Gener. conceditur facultas conferendi Lauream Doctoratus in Capitulo Generali.

Sacrae Theologiae lectionem negligunt; alii vero, etiam ipsa triennali Philosophiae lectione, eo quod aut labores reformident, aut se ad id inhables agnoscant, penitus, vel in parte, omissa, litteras patentes supradictas praepotenti patronorum interposita opera & auctoritate de manibus dicti Ministri generalis extorquent, & inde in publicis studiorum generalium Universitatibus, ubi nonnunquam magis lucrum quam virtutis meritum respicitur, Doctoris seu Magistri titulo decorantur, sicque privilegiis, alias non nisi verè Magistris seu Doctoribus competentibus, gaudent in maximam studiorum iacturam, & aliorum antiquiorum Sacerdotum dicti Ordinis praedictum, ac non sine evidenti religiose paupertatis detrimento, quandoquidem isti sic laureandi notabiles pecuniarum summas in ordine supradicto colligunt, illasque sic collectas foris expendunt & distrahunt.

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Joannes Procurator Generalis abusus hujusmodi tolli, viamque illis impostum praeccludi plurimum desideret; Nobis propterea idem Joannes Procurator Generalis etiam nomine dilecti filii Jacobi Guidotti a Bononia Ministri Generalis ejusdem Ordinis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium praepositorum, consilio, obtenta relatione Ven. Fratris Nostri Alderani Episcopi Ostien. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati, dicti Ordinis apud Nos & Sedem Apostolicam Protectoris, praefatis Cardinalibus, qui etiam dictum Jacobum Ministrum Generalem audiverunt, facta eidem Jacobo & pro tempore existenti Ministro Generali Ordinis hujusmodi facultatem privative quoad omnes alios conferendi Doctoratus seu Magisterii lauream Fratribus in dicto Ordine professis, qui antea Philosophiam per tres, & super omnibus libris Sententiarum sacrae Theologiae per alios quatuor annos laudabiliter legerint & docuerint, ac duabus taltem publicis Conclusionibus praediderint, & subinde ab eodem Ministro Generali, Procuratore Generali, vel, isto absente, ab uno per eum deputando, qui praeditus sit qualitatibus in ceteris Examinatoribus, ut infra, requisitis, necnon tribus aliis ejusdem Ordinis in eadem Sacra Theologia versatioribus, & quique per septennium laudabiliter legerint, in Capitulis Generalibus vel Provincialibus dumtaxat, nec non alibi examinati, & aliis, vel saltem a quatuor eorum per secreta & jurata vota tantum

Quae requirenda sunt in laureandis.

quam idonei, & laurea digni, approbati fuerint, itaut si secus aliqua in parte fieri contigerit, Minister Generalis privationis officii, ceteri vero examinatores privationis vocis activa & passiva ab officiorum, si qua habuerint, & laureati nullitatis collatae laurea, poenasque respective ipso facto incurrant, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus & indulgemus: salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis praedictorum Cardinalium.

Decernentes, easdem praesentes litteras semper firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; & ab illis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definitum debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quae praesentibus ipsis haberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Maji 1692. Pontificatus Nostri Anno Primo.

I. F. Card. Albanus.

§.2. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Minister Generalis Ordinis hujusmodi Nobis nuper exponi fecit, in hoc Tertio Ordine post triennium Capituli generalis Congregatio generalis, etiam Capitulum generale intermedium nuncupatur (id est inter unum & aliud Capitulum generale) celebrari soleat, dubitatum fuit, an in praedicta Congregatione generali dictus Minister Generalis superexpressam facultatem exercere posset, propositoque dubio 1716. & 1722. in Congregatione tunc existentium ejusdem S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium praeposita, dicta Congregatio, quamvis tunc existens Procurator Generalis rationes pro praedicta affirmativa produxisset, ad dubii resolutionem devenire

noluit, sed tam die 16. mensis Februarii ejusdem anni 1716., quam die 24. mensis Aprilis dicti anni 1722. Ministro Generali tunc pariter existenti memorati Ordinis indulgit, ut in illa particulari Congregatione facultate hujusmodi uti posset; nunc autem cum in proxima ventura Pentecoste Congregatio generalis celebranda sit, & in eodem Ordine nonnulli Religiosi necessariis requisitis pro obtinenda Laurea Magistrali praediti reperiantur, qui aliter ad effectum illam consequendi triennium fere expectare cogentur; ac proinde dictus Minister Generalis opportune sibi in praemissis a Nobis provideri, & ut infra, indulgeri plurimum desideret; Nos ipsum Ministrum Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum d. c. S. R. E. Cardinalium, eisdem negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium praepositorum, consilio, praesentis Innocentii praedecessoris Litteras, itaut in eis etiam Capitula Generalia, intermedia, seu Congregationes generales comprehendantur, auctoritate Apostolica tenore praesentium declaramus: salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§.3. Decernentes, easdem praesentes litteras semper firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definitum debere; ac irritum & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; ac iis omnibus & singulis, quae in praesentis Innocentii praedecessoris litteris concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Maji 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Cardinalis Olivarius.

CXXXV. In-

Dieta facultas extenditur ad Congreg. Generales & Capitula intermedia.

Claudite.

CXXXV.

Dat. die 8.
Maji 1734.
Pont. An. IV.

Indultum ut Fratres Missionarii Galli Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum, Missam ac Officium Sancti Ludovici Regis recitare possint in Festo ejusdem Sancti die.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper ad enixas dilecti filii Cherubini de Noves Fratris expressæ Professio Ord. Minorum S. Francisci Capuccinorum, nuncupatorum, ac dilectorum filiorum Fratrum Gallorum Missionariorum dicti Ordinis in partibus Infidelium in Romana Curia Procuratoris instantias emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

Decretum S.
Congregatio-
nis Rituum.

§.2. Ordinis Capuccinorum Missionariorum remissis à Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad Sac. Rituum Congregationem enixis Patrum Ordinis Capuccinorum Missionariorum instantiis per P. Fratrem Cherubinum de Noves, dicti Ordinis, ac supradictorum Patrum in Romana Curia Procuratorem jam exhibitis, illisque relatis, Sacra eadem Rituum Congregatio posse concedi censuit, ut Patres Capuccini Galli Missionarii in partibus Infidelium existentes Officium S. Ludovici Regis, quod in dicto Ordine sub ritu duplici majori peragitur, sub ritu primæ classis in Festo ipsius Sancti impostem recitare, & Missam respective celebrare possint & valeant. Die 10. Aprilis 1734. = A. F. Card. Zondadari Pro-Pref. = N. M. Tedeschi Archiep. Apamen. S. R. C. Secret. = L. * S.

Confirmatur
et in concessio-
ne &c.

§.3. Cum autem, sicut pro parte dicti Cherubini Nobis subinde expositum fuit, ipso Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desideret. Nos specialem ipsi Cherubino gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§.4. Decernentes, eandem præsentis litteras firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices

ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Maji 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

E. Card. Oliverius.

CXXXVI.

Ministro Generali Ordinis Prædicatorum facultas conceditur proponendi Congregationibus S. Sabinae Provinciae Lombardiae, ac S. Marci Romanæ tres Religiosos, e quibus Vicarium Generalem, quem maluerint, debeant eligere.

Dat. die 15.
Maji 1734.
Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Congregationum S. Sabinae utriusque Lombardiae, & S. Marci nuncupatarum Romanæ, respective Provinciae, quod licet in literis se. re. Innocentii PP. XII. Prædecessoris Nostri super erectione ambarum Congregationum præfatarum, die 14. Junii 1695. editis, habeatur utriusque Congregationi de idoneo Vicario Generali a Magistro itidem Generali ejusdem Ordinis providendum fore; minime tamen ordinatum fuit istiusmodi provisionem fieri debere Religiosis ipsi Magistro Generali per dictas Congregationes nominandis seu proponendis, quod valde expediret salubri directioni earundem Congregationum, quarum Fratribus cum probe innotescant Religiosi præ aliis vitæ integritate, litterarum scientia, ac rerum agendarum usu & prudentia præstantes, atque habiles & idonei ad regularem observantiam tuendam & promovendam, exinde longe facillior certiorque dicto Magistro Generali redderetur delectus Vicarii Generalis præfati, quam ex simplici relatione, aut testimonio aliunde conquisitis; quemadmodum in antiqua Congregatione Lombardiae ipsius Ordinis, dum illa olim vigeat, factum fuisse memoratur, cui quidem cum in ejus primordio Vicarius Generalis libere ab eodem Magistro Generali præficeretur, ac subinde compertum fuisset pro recto illius gubernio utilius fore, si Vicarius Generalis ejusmodi per dictam Congregationem eligeretur, Apostolica auctoritate cautum fuit, ut Vicarius Generalis præfatus à Fratribus ipsius Congregationis postularetur, & a Magistro Generali prædicto confirmaretur; ac postulatio quidem per Priores Conventuum cum sociis, Magistros in Theologia, & alios Fratres, qui aliquando fuissent Vicarii Generales: confirmatio vero hujusmodi infra octo dies, a præsentatione postulatio-

Causæ concessio-
nis facultatis.

nis numerandos, fierent, alioquin postulatio dicta auctoritate Apostolica confirmata censeretur, hæcque forma instituendi Vicarium Generalem in præfata antiqua Congregatione Lombardiae postmodum servata fuit, donec in Provinciam creta est.

Concessio.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, jam per alias nostras in simili forma Brevis, die 28. mensis Julii proxime præteriti expeditas literas, supradictis S. Sabinae, & Sancti Marci, cæterisque Ordinis præfati Congregationibus, lex saltem Conventus formales habentibus, indulserimus, ut in earum Dietis Definitor & Socius ad Capitulum Generale mittendi eligi possent, ipsi Exponentes dictis duabus Congregationibus tres earum Religiosos idoneos ad Vicariatum Generalem præfatum memorato Magistro Generali, qui unum ex eis sibi benevisum deputare teneatur, nominandi seu proponendi facultatem impertiri plurimum desiderent, itaut nominatio fiat in prædictis Dietis a pro tempore existentibus Vicario Generali, Prioribus Conventuum, & ex-Vicariis Generalibus, quo pacto eidem Congregationibus salubrius consultum erit, earumque immediata subjectio dicto Magistro Generali retinebitur, ac persister ædius, quam in præfata antiqua Congregatione Lombardiae, utpote quæ unicum Religiosum ab ipso Magistro Generali confirmandum postulabat, ubi istæ tres Religiosos proponunt, e quibus ei unum, quem maluerint, in Vicarium Generalem præficiendi libera erit potestas; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur ad ea, quæ felici prosperoque utriusque Congregationis præfatae regimini ac progressui conducibilia sunt, libenter intendentes, dictosque Exponentes specialibus favoribus & gratiis protegi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, ut deinceps supradictæ duæ Congregationes S. Sabinae & S. Marci in earum Dietis, sicut præmittitur, tres Religiosos habiles & idoneos ad Vicarium Generalem præfatum, tametsi Philosophiam & sacram Theologiam actu non legant; nec antea legerint, Magistro Generali ejusdem Ordinis pro tempore existenti nominare seu proponere respective possint & valeant; ipseque Magister Generalis unum, quem maluerit, ex tribus Religiosis sic nominatis seu propositis in Vicarium Generalem infra mensem, a die præsentationis sibi faciendæ nominationis ejusmodi computandum deputare, ac præficere teneatur, dicta auctoritate tenore præsentium statuimus & ordinamus.

Clausula.

§.3. Decernentes, eandem præsentis litteras firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus

sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationum & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Maji 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

E. Card. Oliverius.

CXXXVII.

Indulgentia Plenaria perpetua pro Visitantibus aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum Missionariorum in partibus Infidelium a Custode, seu Præfeto Missionum hujusmodi designandam die Festo Sancti Ludovici Regis Francorum.

Dat. die 4.
Junii 1734.
Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Celestium munerum Thesaurus, quorum dispensationem fidei nostræ credit di-
vina dignatio, libenter erogamus, cum ad augendam in terris Sanctorum in cœlis cum Christo regnantium fovendamque, & excitandam erga illos fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Exordium.

§.1. Supplicationibus itaque dilecti filii Cherubini de Noves Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Professoris, ac dilectorum filiorum Missionariorum Gallorum ejusdem Ordinis in partibus Infidelium existentium, in Romana Curia Procuratoris, nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate, confisi; omnibus utriusque sexus Christianis libere verè poenitentibus & confessis, ac sacra Communionem receptis, qui aliquam ex Ecclesiis seu Oratoriis dictorum Fratrum Mis-

Concessio In-
dulgentiæ.H h h
fionæ